

*lichen entbrannte Christliche Elias loc. add. So bald ihm viele große Potentaten zugefallen, so bald zog er andere Saiten auff. ARNOLDVS in der Kirchen- und Ketzer-Historie §. 15. 16. scribit: Es hätten sich Potentaten, Regenten, und andere Gewaltige vor der Reformation überall interessiret.*

§. II. Verum nimis large haec locutus est Arnoldus, imo sibi ipsi quodammodo contradicit, nam non modo de Friderico, sed etiam Joanne, Saxoniae Electoribus, ipse fatetur, utrumque Reformationem nec impedivisse, nec promovisse. Ponamus enim licet, quod *l. c.* §. 14. scripsit: *Lutherus hatte eine denen weltlichen Herren sehr angenehme Sache vor sich, nemlich, daß denen Pfaffen die Macht und Renten beschnitten, und hingegen der Obrigkeit ihr Respect und anderes Zugehör wiedergegeben würde, wie denn das Buch Luthers, so er von Würde und Ammt der Obrigkeit anno 1523. publiciret, dem Chur-Fürsten trefflich soll gefallen haben, nequaquam tamen per hunc librum, quod Historia horum temporum ostendit, statim inducti sunt, ut armata vi, aut aliis humanis consiliis, divinum Reformationis opus, quod imprimis doctrinae puritatem spectabat, secundarent.*

§. III. Optimus ipse Imperator Maximilianus in Comitibus August. a. 1518. de Lutheri ausu in sacris emendandis conquestus est, tum ad status Imperii, tum vero ad Pontificem Romanum, eum rogans, ut auctoritati suae consulere, quicquid ab ipso fuerit sancitum, id se effecturum, ut ubique observaretur, quod PALLAVICINVS *L. I. Hist. Conc. Trid. c. VI. 4.* tradit. Fridericus autem, Saxoniae Elector, quamvis de hac causa rectius informatus, benignius de Luthero senserit, prudentissime tamen, ut ubique, ita maxime in hoc negotio, se gessit. Lutherum Pontifex citaverat quidem Romam, cum vero jus evocandi Germanos extra Patriam, Ordines Imperii, atque imprimis Saxones concedere nolent, hoc Pontifici Leoni, magis ex politica causa, quam  
nimio